

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

654. Quæ non possit hac potestate ordinariâ vel etiam extraordinariâ  
Legatus de latere circa collationem beneficiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

beneficia juris. laicalis ex privilegio, etiam si pri-  
vilegium sit speciale ad certa beneficia, & non ge-  
nerale. Garc. n. 74. & 75. vide dicta de hoc supra,  
ubi de derogatione juris. ubi etiam quod Legatus  
nequeat conferre spectantia ad ius. laicale mix-  
tum; de quo etiam vide plurima apud Garc. c. à n.  
66. & vel maximè n. 69. ubi id negat Legato de be-  
neficiis juris. mixti, in quo plures sunt Ecclesiastici.

3. Tertiò, quantum est de jure communi, po-  
test Legatus de latere reservare beneficia vacatura  
sua collationis; cum ea reservare possit, quæ potest  
conferre. c. præsenti. de off. leg. in 6. Castrop. loc. cit.  
num. 16. Laym. ad c. præsenti. Pirh. de off. leg. nu. 23.  
Garc. num. 35. & 36. citans Coraf. p. 2. c. 3. num. 4.  
Cuchum l. 2. tit. 5. à num. 73. Gamb. l. 4. rubric. de  
pot. leg. in reservando. & plures alios: vide de hoc &  
sequenti Barb. juris Eccl. l. 1. c. 5. num. 55. citantem  
quamplurimos; cum modificatione tamē c. præsenti.  
non nisi reservatione speciali; cum ante restrictione  
illam c. præsenti. posset generaliter reservare bene-  
ficia suæ legationis. & n. de Falcon. de reserv. p. 2. q.  
2. & 3. apud Garciam num. 37. Quin & vacatura  
reservare potest in favorem certæ personæ, ita ta-  
men, ut pendente hac reservatione, hoc est, colla-  
to necdum hoc beneficio, aliam facere nequeat in  
eadem Ecclesia, aut beneficii alterius pertinentis  
ad eundem collatorem. Garc. num. 38. Castrop. cit.  
num. 16. Pirh. loc. cit. juxta c. cum dilectus. de jure.  
per quod tamen ista persona neque jus in re, neque  
ad rem, utpote quod dare non potest ad vacaturam  
(quod est solum Papæ) Legatus juxta c. dilectus. de  
præb. acquirat. Garc. cit. num. 38. citans Abbatem,  
Zech. Coraf. proinde vi talis reservationis non ar-  
bitratur, nisi ex aliqua decentia conferre illud bene-  
ficium alteri. Unde tamen non erit inutile talis  
reservationis; cum per illam impediatur Ordinarius,  
ne illud conferat alteri. Garc. citans Gamb. Cuch.  
Duaren. &c. Castrop. loc. cit. in quo casu quoque  
reservationis factæ in favorem certæ personæ de  
proximè vacaturo, si datis Executoribus, necdum  
facta collatione, Legatus defungatur officio per  
mortem vel revocationem, reservatio & omnis  
processus super illo beneficio factus irritus est, nec  
potest illud Executor conferre ei, in cuius favorem  
reservatum. Pirh. loc. cit. num. 23. Barboli juris Eccl.  
l. 1. c. 5. num. 56. & 57. fusè. Verum hac ut dixi,  
quantum est de jure communi; nam stante Trid.  
Legatus nullatenus reservare potest vacatura, præ-  
cipue in favorem certæ personæ. Castrop. citans  
Gonz. §. 1. proem. num. 8. quanquam Laym. loc. cit.  
contrarium indicare videatur, dum tali personæ  
per hoc nullum jus ad petendum tribuatur.

**Questio 654.** Qua non possit hac potestate  
ordinaria, vel etiam extraordinaria Legatus  
de latere collationem beneficiorum?

1. Respondeo primo: illum non posse confer-  
re reservata sive generaliter, sive speciali-  
ter, etiam dum habet facultatem conferendi bene-  
ficia, qualitercumque vacantia; sub dicta enim ge-  
nerali facultate non comprehenduntur reservata  
generaliter vel specialiter reservatione. Castrop. loc. cit.  
num. 14. Garc. n. 53. citans Mandol. de signat. gra-  
tia. tit. de induito conferendi reservata. in principio. & n.  
de Falcon. de reserv. q. 4. principali effectu 6. Simo-  
net. & aliquot Roræ decisi. Legatum tamen Ave-  
nionensem habere specialiter hanc facultatem con-  
ferendi reservata quacunque exceptis vacantibus

in Curia, & vacantibus per promotionem ad Epi-  
scopatum, & monasteria confessorialia, testatur  
Tond. p. 2. c. 2. §. 6. n. 28.

2. Secundò, tametsi habeat potestatem conse-  
rendi reservata, adhuc conferre nequit vacanta in  
Curia, nisi sit specialiter ex prelum, & concessum;  
cum hæc reservatio sit clausa in corpore juris, ac  
proinde privilegiata, ne sub generali concessione  
reservatorum intelligatur. Castrop. loc. cit. Garc. n.  
55. citans Gigas cons. 7. n. 6. juxta c. 2. de præb. in 6.

3. Tertiò conferre nequit beneficia proprie-  
tativa, juxta c. deliberatione. de off. leg. in 6. Castrop.  
loc. cit. num. 15. Laym. ad cit. c. num. 1. ( ubi etiam,  
quod ea conferre possit, ubi ob negligientiam ele-  
ctorum devoluta sunt talia beneficia, & dignitates  
electiva ad Papam, citans pro hoc Erasm. Chok. de  
jurisdictione Ordinarii in exempt. p. 3. q. 30. Gamb. de  
potest. leg. l. 2. nu. 620. ) Barbola juris Eccl. l. c. 5. m.  
41. citans Coraf. debent. c. 3. num. 10. Azor. p. 2. l. 5.  
c. 25. q. 16. Garc. p. 5. c. 1. nu. 52. Et si enim cit. cap.  
deliberatione, solum dicatur, non posse Legatum re-  
servare Ecclesiæ Cathedrales, regulares, aut col-  
legiatas, dignitatēsque majores Cathedralium; sub no-  
mine tamen reservationis venit quilibet provisio;  
cum non reservetur, nisi in ordine ad provisionem;  
Et licet ea tantum ibi nominentur, ad omnia ta-  
men beneficia electiva extenditur ob eandem ra-  
tionem; nimur ne eligentibus eorum liberæ  
electio impeditur, quin & in reg. 3. Cancel. Eccle-  
sia Cathedrales, regulares, collegiatæ, dignitatēs  
que majores post pontificalem, & principales in  
Collegiatis sive electivis sive non, reservantur;  
ideo ut aliquid operetur reservatio contenta  
c. deliberatione de omnibus beneficiis electivis est  
intelligenda, ita fere Castrop. loc. cit. n. 15. Com-  
petere tamen iterum specialiter hanc facultatem  
conferendi quacunque beneficia secularia, & re-  
gularia, dignitates etiam majores in Cathed. post  
Episcopatum, cum cura & sine cura, quamvis af-  
fecta & reservata in titulum vel commendam, & de  
ordine in ordinem transferendi Legato Avenio-  
nensi, testatur loc. cit. Tond. de cetero posse etiam  
quemcumque Nuncium de latere conferre adhuc  
collegiatas habitu tantum tales: vel si collegium  
fuit Superioris auctoritate sublatum, tradit Barb.  
loc. cit. citans Gamb. de pot. leg. l. 3. nu. 93. & Garc.  
cit. c. 1. num. 52. Item posse eundem conferre col-  
legiatas & regulares, ubi haec electiva non sunt, tra-  
dit ibidem Barb. ex Garc. idem tenet Azor apud  
Pirh. de off. leg. num. 23. contrarium tamen verius  
spectato juris communis rigore censet Pirh. cum  
gl. in cit. c. deliberatione, quem vide.

4. Quartò litigiosa conferre nequit durante li-  
te, ex quo de jure communi, nempe c. 1. & 2. ne lite  
pendente, prohibetur in eis fieri subrogatio, seu col-  
latio ab alio, quam à Papa. Castrop. cit. nu. 15. Garc.  
cit. c. 3. nu. 56. citans Lancell. de attent. p. 2. in prefat.  
num. 617. & Rotam in Tullenensi Prioratis. 20. Novemb.  
1594. ubi expressè Legatum, etiam de latere, non  
posse conferre beneficia litigiosa, quæ in ejus ma-  
nibus liberè fuerunt resignata, nisi id habeat ex-  
pressum in commissione (uti hanc facultatem ad-  
mittendi resignations beneficiorum litigiosorum,  
eaque conferendi etiam simpliciter, vel causâ per-  
mutationis, concessam explicitè Legato Avenio-  
nensi, testatur Tond. q. q. benef. p. 2. c. 2. §. 6. n. 29.)  
& in una Verdun. Canonicatis. 28. April. 1595. & n. 60.  
citans Gamb. de pot. leg. l. 3. n. 431. & seq. ubi quod  
non possit conferre beneficia juris. litigiosa, non

## De Collatoribus inferioribus.

2

quia iuris p. sed quia litigiosa. Quin & si haberet specialiter potestatem conferre litigiosa, non posse adhuc conferre litigiosa iuris p. laicalis ( idem videtur de jure p. mixto ) propter prejudicium laici, cui salvum manet jus presentandi lice finita, tanquam verius censet Garc. n. 61.

**Questio 655.** Qualiter Legatus de latere possit collationem beneficii committere alteri?

**R**espondeo: Etsi non possit alicui in genere, aut etiam in specie facere potestatem, ut beneficiorum resignationes recipiat, & ea personis idoneis conferat; potest tamen alicui committere receptionem resignationis, & postquam illa recepta est, eidem committere, ut persona idonea conferat. Laym. ad c. delibera. de off. leg. §. prohibemus. n. 3. & 4. Pirk. de off. leg. num. 26. Verum de eo, quid possit Legatus circa resignationes recipiendas, item unienda beneficia, & alia suis locis ageret: vide tantisper Barb. juris Ecc. l. 1. c. 5. n. 61.

**Questio 656.** A quo tempore Legatus de latere conferre possit beneficia?

**R**espondeo: posse eum id à die, quo Urbem Regem est, & ad eam redit; ab illo enim punto, & toto illo tempore ( quod idem est de Nuncio ) Legatus est, & legatione fungitur; Argumento l. vero. ff. de off. proconsulis. habetque iurisdictionem voluntariam, etiam quod ad exercitium, quod refertur collatio beneficiorum ) etsi non habeat contentiosam, saltem quod ad exercitium. Castrop. loc. cit. p. 26. num. 19. & 20. citans Azor p. 2. l. 5. c. 27. q. 6. addatque contra Azor l. 6. c. 25. q. 12. idem esse de institutione, & confirmatione, & quod, licet hæc fieri nequeant sine cognitione causa, dum tenetur instituens & confirmans electorum & presentatorum vitam & literaturam examinare; hac tamen cognitio, & exploratio fieri possit absque strepi tu judiciali ad sui plenam informationem, nullo apparente contradictorie; præterquam quod talis cognitio & informatio fieri possit ab eo, in provincia, institutio vero & confirmatio extra. citat Garc. p. 5. c. 2. n. 141.

**Questio 657.** An, & qualiter valeat collatio à Legato facta ei, qui tacet se habere aliud beneficium?

**R**espondeo: esse subreptitiam, & nullam non fecusacilla, quæ sic facta esset à Papa. c. collatio. de off. leg. in 6. Pirk. tit. eod. num. 27. Barb. juris Ecc. l. 1. c. 5. num. 49. citans Staphilæum de lit. gratia. tit. de pot. leg. num. 38. Menoch. de arb. cas. 20. num. 50. Rebuff. &c. Cujus contrarium est in aliis inferioribus Collatoribus, qui si beneficia conferant, opus non est, ut beneficii prius jam habiti mentio fiat, licet prius dimitti debeat, si est incompatibile cum secundo. Pirk. loc. cit. Barbos. nu. 50. citans Felin. in c. ad aures. de rescrip. num. 15. Selv. p. 3. q. 25. & aliquot Rota decis. Ratio hujus dispartatis est; tum quia potestas Legatorum in hac parte est quasi extraordinaria, & superinducta, alisque collatoribus præjudicans, id est restringenda, ut Pirk. tum quia ordinarius magis deliberatus est, & cerrus in beneficiis, quæ ad suam provisionem spectant, quam Papa in beneficii totius orbis, vel Legatus respectu totius sua provinciæ; ac proinde in Ordinario subreptio non præsumitur,

sicut in Papa & Legato, qui non sic subditos noto habent, sicut Ordinarius, adeoque nec ita notum habent, qualia beneficia clerici singuli possideant, sicut Episcopus. Quod si tamen motu proprio Legatus à latere conferret beneficium, non facta mentione prioris jam habiti, cum hac clausula: motu proprio: in literis collationis expressa, probabilius validam esse collationem, sicut etiam in eo casu valida est collatio Papæ; quin & Ordinarii, quo deterior esse non debet Legatus, censet Pirh. citans Gl. Laym. & Barbos, in cit. c. collatio. ( in quo etsi sermo sit de solo Papa, non tamen Legatus excluditur ) idem tenet Barbos, juris Ecc. l. 1. c. 5. nu. 51. citans Mandos. in reg. 16. q. 8. num. 3. Abb. in c. rati. n. 1. de etat. & qual. contra Jo. Monach. Lap. Anch. &c. censentes non posse Legatum conferre beneficium cum clausula: motu proprio: absque eo, quod de alio in gratia mentio fiat.

**Questio 658.** Quid possit Legatus à latere in commendandis Ecclesiis?

**R**espondeo primò: illum posse beneficia parochialia commendare ad tempus, nimirum ad 6. meses; quia id juris & potestatis habet Episcopus. Barb. juris Ecc. l. 1. c. 5. num. 53. citans Gamb. de pot. leg. l. 4. num. 143. & Azor p. 2. l. 5. c. 29. q. 6. poteritque finito primo semestri, si adhuc duret eadem necessitas, vel utilitas, hujusmodi beneficia per aliud semestre commendare. Barb. ibid. citans Gl. in c. nemo. de elect. in 6. Gonz. gl. 188. n. 35. Azor ubi ante num. 7. aitque id procedere, licet hæc beneficia ad Papam devoluta essent; quia & hæc conferre potest. citat pro hoc Azor q. 13. Rebuff. in pr. tit. de commend. num. 56.

2. Secundò, neque parochiale, neque aliud beneficium commendare potest in perpetuum, nisi hoc specialiter habeat in facultatibus; beneficia enim commendare ad vitam commendatarii, est solius Papæ. Barb. loc. cit. num. 59. citans Gamb. l. 4. n. 162. Garc. p. 4. c. 4. num. 23. Mandos. reg. 32. q. 7. num. 5. contra Zechum de benef. & pension. c. 7. num. 2.

3. Tertiò, neque potest Ecclesiæ regulares commendare secularibus, aut è converso. Barb. loc. cit. num. 60. citans Azor q. 9. Gamb. nu. 197. etsi dicat Azor solere; tamen in facultatibus ( intellige extraordinariæ ) concedi solitis Nuncio contineri, ut possit commendare regularia secularibus, & contra.

**Questio 659.** In ordine ad præixin interpretandi facultates quodad collationem beneficiorum, dari quandoq; solitas Nuncius alias missis cum potestate Legatis de latere; Quanam beneficia vi talis facultatis conferre adhuc nequeant, dum ea concederetur in illa forma, in qua concedi solere Nuncius Hispania referrunt Castrop. & Garc. nimis ut quecumque beneficia Eccles. simplicia in Hispania existentia extra Metropolitanas, Cathedrales & alias Collegiatas Ecclesiæ per obitum illorum ultimorum possessorum extra Curiam Romanam vacatura, modo illa alia quam reservatione mensum reservata non fuerint, & cuiuslibet earum fructus, redditus & proventus, etiam ratione personalis residencia percipi solitus, ac distributiones quotidiana.

B b 3

na 24